libus et Realibus ab origine Gymnasii sancte fuit custoditum.

Fundatur autem hoc Privilegium:

1. Generaliter in Authentica habita C. ne filius pro patre. Quae non tantum in Academicis, sed etiam in Gymnasiasticis Professoribus ac discipulis seu scholaribus locum habet, iisque omnino convenit, ac praeterea beneficia Principum, in quantum ex intentione et adductis Privilegii rationibus licet, extendenda potius, quam illiberali interpretatione restringenda.

l. 3. ff. de Constitut. Princip.
Richter in Auth. disp. 11. p. 18.
Hunnius in Auth. C. 1. qu. 5.
Sverus ad h. Auth. Peric. III. §. 8.
Menoch. A. J. V. c. 379. n. 12.

In Genere Rector Scholarium habet Jurisdictionem.

Bartol. in l. fin. de Coll. illic.

2. Specialiter vero fundatur hoc Privilegium in expressissima Lege. Quia illic quilibet forum sortitur, cujus jurisdictioni subjectus